

» innovamus, hac nostra perpetua constitutione de-
 » claramus omnia, & singula acta, decreta, sta-
 » tuta, indulta, concessionis, ordinationes, decla-
 » rationes, concordias & pacta, etiam nomine eju-
 » dem Sedis Apostolicæ inita, venditionisque, &
 » alienationes officiorum aliorumque ejusdem Sedis,
 » Ecclesiarumve inferiorum jurium, & qual-
 » cunque alias dispositiones quocunque nomine
 » nuncupatas, eidem Sedi Apostolicæ, Romanæ-
 » que Ecclesiæ, seu quibuscunque aliis Ecclesiis,
 » seu locis piis, ac personis Ecclesiasticis quomo-
 » dolibet præjudicialia, & præjudicialia, à qui-
 » buscumque Legatis etiam de latere, etiam San-
 » ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Nunciis, seu
 » aliis Ministris Apostolicis, Cameræque Apostoli-
 » cæ, & Romanæ Curie officialibus, & Ministris
 » etiam Cardinalibus Vicecancellariis, & Camera-
 » riis, & respectivè Rectoribus, & Gubernatoribus
 » Feudataris, Baronibus, & cæteris jurisdictionem
 » quomodolibet exercentibus, aliisque præfatis
 » quantumbet qualificatis, & individua expres-
 » sione dignis, quacunque, qualitercunque,
 » & quomodocunque præter, vel contra facul-
 » tates, eis concessas facta, & gesta, factaque &
 » gestas, aut alias quovis modo ab eis emanata,
 » emanatas hæcenus, etiam per modum edicti,
 » declarationis, constitutionis, pragmaticæ, refor-
 » mationis, ac alias quomodolibet, etiam cum clau-
 » sula, salvo reservato sedis Apostolicæ beneplaci-
 » to, vel fortasse etiam cum intentione data vel
 » promissione etiam facta illud ab hac Sancta sede, seu
 » à Romano Pontifice, aut etiam à nobis impetran-
 » di, etiam cum præsentia illarum executione, &
 » observantia quantumbet longissima ac aliis inde
 » quomodolibet secutis quibuscunque etiam in fa-
 » vorem, seu intuitu, vel contemplatione Im-
 » peratoris, Regum, aliorumque Principum, etiam
 » superiorum, etiam Laicorum, Nationum
 » Rerum publicarum, Provinciarum, Regnorum,
 » aliorumque dominiorum, & officialium quorum-
 » cunque, vel civitatum, Universitatum etiam
 » Studiorum generalium, Collegiorum, Religio-
 » numve seu Militiarum, Ecclesiarum, & Mona-
 » steriorum quorumcumque Ordinum, vel aliorum
 » quorumvis, etiam specialiter nota dignorum ex qua-
 » cunque causa, occasione, vel ratione quantum-
 » libet, pia, publica, favorabili, seu privilegiata
 » etiam transactionis, vel concordie, sive belli
 » treugæ, vel pacis etiam universalis, & ad ma-
 » jus malum, vel scandalum, ut asseritur, evitan-
 » dum, seu ex aliis rationibus, & causis etiam om-
 » nibus insimul concurrentibus, ac aliis indivi-
 » duam expressionem requirentibus.
 » §. 4. Nec non quascunque tolerantias, taciturnitates,
 » conniventias, permissiones, consensus,
 » declarationes, executiones, approbationes, vel
 » confirmationes expressè vel tacitè dicto, vel factò,
 » ac aliis quomodolibet præter, aut contra
 » suas facultates ab isdem Legatis, Nunciis, ac
 » Ministris Apostolicis, respectivè Rectoribus, Gu-
 » bernatoribus, & Feudataris ut asseritur factas,
 » seu habitas vel respectivè præstas in quibuscum-
 » que actibus eidem Sedi Apostolicæ sive jurisdic-
 » tioni, immunitati, seu libertati Ecclesiasticæ, aut
 » Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis quomodolibet
 » præjudicialibus per quoscunque alios, etiam
 » laicos quantumbet, ut præmittitur, qualificados,
 » quavis auctoritate, & potestate etiam Imperiali,
 » Regali, aut quacunque alia, individua expres-
 » sione requirentes fungentes, etiam sub prætex-
 » tu, quod Bullæ, seu Constitutiones Apostolicæ
 » non fuerint publicæ vel usæ receptæ, aut con-
 » trario usû etiam decennali, & quantumbet lon-

» gissimo, ut pretenditur abrogatæ, vel sub præ-
 » textu Constitutionum, litterarum, seu dispositio-
 » num Apostolicarum, de quarum existentia per ca-
 » nonica documenta Apostolica non constat, seu re-
 » vocatæ, aut non sufficientes sunt, ac etiam in per-
 » mittendo editionem seu impressionem librorum ei-
 » dem Sedi, aliisque præjudicialium, seu continen-
 » tium opinionis damnatas vel in admittendo, seu
 » exequendo minus legitimas earundem Constitutio-
 » num, litterarum, seu dispositionum Apostoli-
 » carum interpretationem, vel faciendò, aut appro-
 » bando, ea quibus disciplina Ecclesiastica quomo-
 » dolibet servatur, seu læditur, factis, & gestis.
 » §. 5. Molestias quoque vexationes, & impe-
 » dimenta quæcumque Legatis, Nunciis, vel aliis
 » Ministris, & Officialibus Apostolicis, per quos-
 » cunque etiam Laicos, cujusvis status, gradus,
 » conditionis, qualitates, dignitates Ecclesiasticas, ut
 » præmittitur, existentis, quomodolibet factas, &
 » illatas, factaque, & illatas jam eorum ingressum
 » in provincias sibi commissas denegando, quam ne-
 » suas facultates liberè in illis exercerent impedi-
 » do, ac eos ab illis expellendo.
 » §. 6. Nec non quascunque contributiones, colle-
 » ctas gabellas, militum hospitaciones, decimas
 » vel alias fructuum partes, aliaque onera, & gra-
 » vamina quæcumque super Ecclesiis, Monasteriis,
 » & locis piis, præsertim vacantibus, personis Ec-
 » clesiasticis, earumque vel eorum bonis, seu fru-
 » ctibus, etiam prætextu vel causa facultatis bona
 » stabilia acquirendi, seu retinendi, ac quomodo-
 » libet per Laicos præfatos, & quoscunque alios
 » alias quomodolibet qualificados absque sufficienti
 » facultate Apostolica impositas, exactasque etiam
 » à sponte dantibus, vel contribuentibus.
 » §. 7. Item Molestias, perturbaciones, actus,
 » incarcerationes, & attentata quæcumque à quibus-
 » vis Laicis etiam officialibus quomodolibet quali-
 » ficatis contra personas Ecclesiasticas, vel Eccle-
 » sias seu cujuslibet earum bona sive jura vel fru-
 » ctus tam civiliter quàm criminaliter, & aliis quo-
 » modolibet quantuncunque hæcenus facta, gesta,
 » & commissæ, etiam de facto executioni, etiam
 » pluribus vicibus, & quocunque temporis cursu,
 » etiam longævo, & longissimo, ac, ut pretendi-
 » tur, immemorabili, etiam cum fama asserti privi-
 » legii quomodolibet demandata.
 » §. 8. Nec non quascunque transgressiones, &
 » excessus contra dispositiones Sacrorum Canonum,
 » constitutionum Apostolicarum, & conciliorum
 » universalium præsertim Lateranen. sub Alexan-
 » dro III. Generalis nuncupati. Sub Innocentio
 » III. Viennensis sub Clemente V. Lateranen. ul-
 » timi sub Leone X. fel. record. Romanis Pontifi-
 » cibus Prædecessoribus nostris, seu Tridentini à
 » quibuscunque, & ex quibusvis causis quomodo-
 » libet, & quomodocunque factas in præjudicium Sedis
 » Apostolicæ, sive jurisdictionis, vel immuni-
 » tatis, aut libertatis Ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum,
 » vel personarum Ecclesiasticarum, earumque
 » honorum, seu fructuum etiam effectum, ut præmit-
 » titur, de facto sortitas, & inde secuta quocunque.
 » §. 9. Item quascunque prorogationes, & exten-
 » siones, protractions, seu perpetuationes, qua-
 » rumcumque gratiarum, concessionum, & investit-
 »urarum à Sede Apostolica, vel à Prælati, seu
 » Rectoribus Ecclesiarum inferiorum quoadcun-
 » que hæcenus factarum ad certas vitas, aut ge-
 » nerationes, seu lineas jam finitas, vel extinctas, si-
 » ve ad certum jam elapsum, pignorationumque, &
 » venditionum cum pacto redimendi permutatio-
 » num, aliorumque contractuum, ac dispositionum
 » quarumcumque de Civitatibus, Terris, Dominis

» Ca.

» Castris, locis & bonis etiam feudalibus, vel jurisdic-
 » tionalibus, ac juribus ejusdem Sedis Apostoli-
 » cæ, vel Ecclesiarum inferiorum à quibuscunque
 » quantumbet, ut præmittitur qualificatis quan-
 » doque præsentas, etiam executioni demandat-
 » as, & quocunque temporis cursu continuatas.
 » Nec non reliqua omnia quocunque, & qualia-
 » cunque eidem Sedi Apostolicæ, vel jurisdic-
 » tionis immunitati, aut Libertati Ecclesiasticæ, seu Ec-
 » clesiis, vel personis Ecclesiasticis, earumve juribus,
 » bonis, & fructibus quomodolibet præjudicialia,
 » per quoscunque sufficientes, & legitima facultate
 » Apostolica non munitos, facta, gesta, & respecti-
 » ve perpetrata cum omnibus & singulis quando-
 » cunque, & quomodocunque inde secutis, & quo-
 » cunque tempore longissimo executioni demandat-
 » as, ac observatis fuisse, & esse ipso jure nullas, &
 » invalidas, ac nulla & invalida, nulliusque roboris,
 » vel momenti, indebitæque, & illicita, ac defacto
 » præsumptas, & præsumpta, nullaque præjudici-
 » alium eidem intulisse, nec inferre unquam posse, il-
 » lasque, & illa ex quocunque temporis cursu, nec
 » etiam ex quacunque præsentia observantia quan-
 » tumlibet diuturna, longæva, longissima, seu immo-
 » riali, etiam cum fama præsentis privilegii Apo-
 » stolicæ, ac etiam juncta quavis scientia, conniven-
 » tia, tolerantia, taciturnitate, facultate & permis-
 » sione etiam ex actibus positivis non legitimis resul-
 » tante Prælatorum Ecclesiarum inferiorum Lega-
 » torum, Nunciorum, & aliorum quorumcumque
 » Ministrorum Apostolicorum, ac etiam respectivè
 » quorumvis Rectorum, & Gubernatorum, aliorum-
 » que prædictorum, etiam Feudatariorum, etiam Sedis
 » Apostolicæ, ac Baronum, cæterorumque ju-
 » risdictionem quomodolibet exercentium, ac forsan
 » Romanorum Pontificum Prædecessorum nostro-
 » rum, & nostra nequaquam hæcenus fuisse, nec in
 » posterum fore approbata, convalidata, neque re-
 » spectivè prorogata, extensa, protraxæ, vel perpetua
 » minisque inde aliquam approbationem, vel præ-
 » sumptionem alicujus beneplaciti Apostolici, neque
 » aliquam bonam fidem, possessionem, vel quasi, aut
 » præscriptionem in aliquo etiam impediendæ, impo-
 » nente, exigente, attentante, vel respectivè occu-
 » pante, usurpante, vel transgrediente, aut quomo-
 » dolibet continuante, nec in quocunque alio po-
 » tuisse, nec unquam posse resultare, vel induci re-
 » spectivè Sedis Apostolicæ, jurisdictionis, immuni-
 » tatis, aut Libertatis Ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum,
 » vel personarum Ecclesiasticarum, earumve jurium,
 » ac honorum, & fructuum præjudicium, talèque
 » præsumi fuisse semper mentem, & intentionem Ro-
 » manorum Pontificum prædecessorum nostrorum
 » prædictorum, ac respectivè nostram fuisse, & esse
 » quovis modo prædicta, & quæcumque alia præju-
 » dicialia nunquam approbandi, seu confirmandi, nisi
 » de præsentia approbatione, vel confirmatione Apo-
 » stolica consisteret ex prædictis Registris Apostoli-
 » cis, vel aliis juxta formam prædictæ alterius consti-
 » tutionis nostræ, quin imò omnia, & singula præ-
 » judicialia fuisse à Sacris Canonibus, Constitutio-
 » nibus Apostolicis, & Conciliis, etiam universalibus
 » præsertim à prædicta Bulla in Cœna Domini legi-
 » solita respectivè reprobata, ac damnata, prout eti-
 » am ad abundantiorè cautelam tenore præsentis
 » um reprobamus, & damnamus, beneplacitaque
 » Apostolica per prædecessores nostros & Nos hæ-
 » tenus denegata fuisse declaramus, sicut etiam hæ-
 » tenus vigore denegamus, & quatenus foret opus,
 » Omnia, & singula præjudicialia prædicta, om-
 » niæque alia, si quæ sint, irritamus, & annulla-
 » mus, ac respectivè revocamus cum inde secutis
 » quibuscunque præsertim intrusionibus, occupa-

» tionibus, usurpationibus, & observantiis, ac usibus
 » & consuetudinibus quantumvis longissimis, &
 » immemorabilibus, etiam cum asserta fama privi-
 » legii Apostolici, quas, & quæ illicita, irritatio-
 » nabilia declaramus, ac pro reprobatis, illicitis,
 » & irrationabilibus, irritis, & annullatis perpetuò
 » haberi volumus, decernimusque, & damnamus,
 » ita quod in posterum illa, & illæ non possint un-
 » quam in judicio, nec extra judicium, à quo-
 » quam quomodolibet allegari, deduci, probari,
 » ri, nec ab aliquo admitti ad quemcumque ef-
 » fectum, & quatenus opus foret, adversus illos,
 » ac illa, aliaque quæcumque quomodolibet præ-
 » judicialia harum serie eandem Sedem Apostoli-
 » cam Romanamque Ecclesiam, & Ecclesias infe-
 » riores, ac personas Ecclesiasticas quascunque ple-
 » nariè, & plenissimè ex justis causis Nobis bene
 » visa, ac si talia nunquam existent in integrum,
 » & pristinum in quo antea erant, statum restitui-
 » mus, reponimusque, ac reintegramus, præju-
 » dicialiaque hujusmodi ne in posterum perpetuis
 » futuris temporibus fiant etiam interdictis, &
 » prohibemus.
 » §. 10. Insuperque cum etiam Nobis innotuerit
 » quod aliquando in provisionibus Ecclesiarum
 » Cathedralium, Metropolitanarum, Primateium
 » Parochialium aliaque gratis & dispositionibus
 » Apostolicis fuit ob incuriam quorundam Sedis
 » Apostolicæ seu Romanæ Curie officialium inad-
 » vertenter in præjudicium liberæ provisionis earum
 » narrata, vel etiam forsan de facto admissa præsen-
 » tatio, nominatio, vel supplicatio alterius quantum-
 » libet, ut præmittitur qualificati absque eo, quod de
 » ejus jure præsentandi, nominandi, vel suppli-
 » candi constitisset, & aliquando prædicta, seu alia
 » eidem Sedi Apostolicæ narrativa præjudicialia
 » fortasse in præsentio Ecclesiarum ultimo statu fun-
 » data existit, etiam si de contrario statu, aut alias
 » de libera provisione, etiam per litteras erectionis,
 » aut alio modo apparet, seu constare possit, ali-
 » quando etiam in provisionibus Ecclesiarum pro
 » cultu divino, & ipsarum Ecclesiarum felici gu-
 » bernio apponuntur diversa decreta, quæ per
 » obitum provisorum, vel alias asseruntur expira-
 » se, cum nihilominus perdurare debeant, donec
 » fuerint adimpleta.
 » §. 11. Quandoque etiam in concedendis facul-
 » tatibus, indultis, seu aliis gratis, per Sedem Apo-
 » stolicam etiam Regibus, & Principibus, Rebuspu-
 » blicis, seu Dominis, ac feudataris quomodolibet
 » qualificatis, ex speciali expressione dignis concessi
 » solitis, in quibus juxta antiquum styllum prius erant
 » habendæ litteræ declarationis, & promissionis per
 » privilegiatos scribendæ Papæ concedenti, quibus
 » ipsi petentes facultates, & privilegia, se convertendo
 » obligare debent pro observantia, & conservatio-
 » ne quarumcumque immunitatum, libertatum &
 » jurium Sedis Apostolicæ Ecclesiarum, & persona-
 » rum Ecclesiasticarum, ac bonorum Ecclesiastico-
 » rum quorumcumque, & tamen illis litteris non
 » receptis fuerunt concessæ facultates, indulta &
 » gratiæ Apostolicæ præfatæ etiam aliquo
 » onere illas intra aliquod tempus scribendi, & eidem
 » Sedi præsentandi, imò etiam aliquando Officialibus
 » Cameræ Apostolicæ, sive notitiam jurium, & scri-
 » pturarum Cameræ non habentes, seu memoria non
 » reinventis, vel alias expediturum sive expediti à
 » Romanis Pontificibus seu etiam à Nobis fecerunt
 » vel permisissent vigore conventionum, concordarum,
 » transactionum, & compactorum, cum Sede
 » Apostolica mitorum quædam gratias, facultates,
 » seu concessionis, & privilegia, uti debitas, ac
 » debita, cum tamen conventiones, concordias, &

Reiffersuel Jus Can. Tom. III.

V u u

& pacta, tunc per obitum personarum vel alias quomodolibet etiam ex lapsu temporum saltem in ea parte cessassent, seu expirassent, quae omnia eorumque singula, etiam praetendantur in magnum ipsius Sanctae Sedis redundare detrimentum.

§. 12. Ideo cum motu, scientia, deliberatione ac potestatis plenitudine paribus praesentium litterarum tenore praefatas narrativas, enuntiativas, seu assertiones quomodolibet eidem Sedi praepudiciales factas seu admittas, ac respectivè easdem facultatem, indulgentiam, & gratiarum Apostolicarum concessionem, ac litterarum expeditiones factas non expectatis, nec receptis litteris ipsorum privilegiorum seu privilegiandarum, concessiones quoque in vim conventionum, & pactorum quomodolibet expiratorum fuisse, & esse erroneas, erroneaque respectivè expeditas, nullumque propterea, cum non sit aequum, ut error veritati praevaleat, intulisse, nec inferre potuisse, neque in futurum posse praedictam Sedi Apostolicae, ac statui Ecclesiarum, & respectivè Civitatum, Terrarum, Daminiorum, Castrorum, & locorum jurisdictionalium praedictorum, & quancunque facultatem, gratiarum, concessionum, aliorumque jurium Sedis Apostolicae, Ecclesiarum inferiorum non fuisse, nec unquam esse attendendum, ubi de antecedenti contrario statu, vel initio constat, modo & forma praemissis pariter declaramus, ac decernimus, & respectivè omnia praedicta tollimus, & iterum, ac decreta in provisionibus praedictarum Ecclesiarum apposita non expirasse, nec expirare, sed donec adimpleta fuerint vigere, & in sequentibus censeri repetita etiam declaramus, & sicque impostorum perpetuo observari volumus, & quatenus unquam contingeret, tam super praesentium litterarum, quam super quancunque concessionum, facultatum, indulgentiarum, gratiarum ac dispositionum Apostolicarum in favorem Imperatoris, Regum, Principum, Rerum publicarum, Dominiorum, Nationum, Provinciarum, seu Regnorum per Romanos Pontifices Praedecessores nostros, & per Nos concessarum seu alias à Sede Apostolica emanatarum, interpretatione, vel declaratione haeritari, vel dubitari, tunc omnibus & singulis cujuscunque status, gradus, conditionis, qualitatis, ac dignitatis etiam Ecclesiasticae existentibus, etiam quomodolibet, ut praemittitur, qualificatis, etiam regularibus cujuscunque Ordinis, Instituti, Congregationis, ac Societatis, de quibus individua expressio faciendae foret, quamlibet interpretationem, ac declarationem sub majoris excommunicationis latae, sententiae, ac nullitatis Omnium gerendorum poenis, eo ipso, etiam nulla facta declaratione, incurrendis prohibemus, & interdicimus, & quancunque declarationem quomodolibet necessariam, seu opportunam desuper quancunque faciendam dantaxat Nobis, ac Romanis Pontificibus Successoribus nostris Canonice intrantibus perpetuo reservamus, & ante factas declarationes hujusmodi volumus praesentes nostras litteras, & quancunque literas, concessiones, ac dispositiones Apostolicas praedictas intelligendas esse ad litteram, prout jacent.

§. 13. Praesentes quoque litteras, ac omnia, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quancunque in praemissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis nullatenus consenserint, & ad ea vocati, citati, vel auditi non fuerint, minimeque cause, propter quae eadem praesentes emanarunt, deductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut

etiam ullo modo justificatae non fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis nullitate aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alios quancunque magno, inexcogitato, & substantiali defectu, aut ex quovis alio capite à Jure, vel facto, aut statuto vel consuetudine resultantem, sive praescriptionem etiam quadraginta annorum, & immemorabilis, & enormis, enormissimae, & totalis laesionis, aut quocunque alio colore, vel praetextu, etiam in corpore Juris clauso, seu ex quacunque causa, & occasione etiam quancunque justa, rationabili & privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari in jus, vel controvertendum revocari, aut ad terminos Juris, aut ad aliud quocunque Juris, facti, gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu etiam motu proprio, & aliis quomodolibet concedi, aut sic impetrato vel concessio quempiam uti, seu se jurare in iudicio, vel extra illud minime posse, sed easdem praesentes semper validas, firmas, ac efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari.

§. 14. Sicque & non aliter in praemissis omnibus, & singulis, per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Palatii Apostolici Auditores, Clericosque Praesidentes, ac Cameram, & quovis sedis & Camerae praedictarum Ministris, & Officialibus, nec non S. R. E. Cardinales etiam Vicecancellarios, ac etiam de latere Legatos ejusdemque Sedis Nuntios, ac quancunque Congregationes, etiam specialem expressionem requirentes, etiam quancunque S. R. E. Cardinalium & Praetorum, & quovis alios quancunque Autoritate fungentes nunc & pro tempore existentes, & sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, declarandi, interpretandi facultate & auctoritate semper, & ubique iudicari & desiniri debere, ac irritum, & inane quidquid fecerit super his à quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, similiter decernimus.

§. 15. Non obstant praemissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis tam generalibus, quam specialibus etiam in Conciliis universalibus editis, & quatenus opus sit regula nostra de non tollendo iure quaesito, & fel. rec. Pii IV. etiam praedecessoris nostri de gratiis quancunque interesse Camerae Apostolicae concernentibus, infra certum tunc expressam tempus in eadem Camera praesentandis, ac registrandis ita ut praesentari, seu registrari necesse sit; Nec non quibusvis conventivis, tolerantis, consentibus, taciturnitatibus, praemissionibus, usibus, consuetudinibus etiam longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserta fama privilegii Apostolici, ac statuti etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis privilegiis quoque indultis, concessionibus, licentis, & litteris Apostolicis quibuscunque personis etiam, ut praemittitur, quancunque, ac Provincis, Regnis, Civitatibus, & Universitatibus, Ecclesiis, Ordinibus etiam Militaribus, etiam S. J. Hierosolymitani, Congregationibus, Instituti Societatis Jesu, aliisque locis, & personis quibuslibet, etiam specialiter nota, & expressione dignis, etiam nota, scientia, deliberatione, & ac potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis de-

rogatoriis, aliisque effectoribus, & insolitis Clausulis, & decretis etiam irritantibus & aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, editis, factis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenore, specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio faciendae aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent, praesentibus pro plenè & sufficienter expressis, & insertis, formamque in illis traditam pro servata habentes, ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscunque. Non intendimus autem, per praesentes tollere declarationes, & causarum terminationes, ac alia, quae etiam respectu jurisdictionalium tam alodialium, quam feudaliu praesentium in ditione temporali Sedis Apostolicae constitutum facta, seu facta fuerint huc usque, vel in futurum sicut judicialiter vel etiam extrajudicialiter, causa tamen cognita in Romana Curia per Rotam, vel Cameram, aut etiam per specialiter deputatam à Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, vel à Nobis, seu à successoribus nostris Congregationem, aut Judicem, nec etiam tollere centenariam praescriptionem concurrentibus de Jure requisitis; nec immemorabilem, nisi in Casibus, in quibus per Sacros Canones seu Concilia universalia, vel Constitutiones, Ordinationes, aut Dispositiones Apostolicas illa reprobatur, seu illi derogatur, aut alias de Jure illa non suffragatur, firma tamen, & illibata remanente Bulla Coenae Domini, tam per Nos, & Romanos Pontifices Praedecessores Nostros publicata, quam in posterum à nobis & Successoribus nostris publicanda quoad omnia, & singula, quae in ea continentur.

§. 16. Volumus autem & Apostolica auctoritate decernimus, ut eodem praesentes ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, ac in acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris publicentur, & affigantur, quae sic publicatae, & affixae omnes, & singulas, quos concernunt, avertent, & sufficienter perfingant ac si illorum unicuique personaliter intimata, & notificata fuissent.

¶ Datum Romae apud Sanctam Petram sub Annulo Piscatoris die 5. Junii 1641. Pontificatus Nostri Anno decimo octavo.

¶ Die 14. Augusti, Anno ut supra, Pontificatus decimo nono, supra dictae litterae Apostolicae publicatae, & affixae fuerunt ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae Urbis per me Dominicum Varesium S. D. N. Papae Curforem &c.

¶ Quartus III. Ad quae Onera teneantur Clerici? Resp. Ad ea, quae rei propter rem ipsam abique intuitu personae possidentur constanter & perpetuo ex natura rei, vel ex contractu, pactoque inhaerent Abb. in e. Non minus h. t. nu. 15. in fine. & ibidem Fagnanus num. 9. Pirhing. h. t. num. 56. Layman. lib. 4. r. 9. cap. 6. num. 9. cum communissima ac certa aliorum. Ratio est; quia cum suae quisque rei modum, usque ab eorum existat, l. In re mandata. 21. C. Mandati. potest eadem onus pro libitu imponere, ita transeat cum re ad quemvis possessorem. c. Cum non sit. 33. de Decimis. & c. Ex litteris. 5. de Pignor.

¶ Inferunt, quod si Ecclesia, vel alius locus pius, Reiffersuel Jus Can. Tom. III.

aut Ecclesiastica persona emptione, mutatione, legato, aliove modo legitime acquirat domum, agrum, praedium, aliamve rem, feudalem, vel Emphyteuticam, aut res Alodialis eidem in Emphyteusim, vel feudum concedatur, teneantur ad Onera ratione Feudi, vel Emphyteusim tali rei inhaberentia? Pariter si quis Dominus ex privata sua dispositione aliquam rem perpetuo onere gravavit, ita v. g. ut omnis futurus successor teneatur ad certam pensionem huic vel illi, pro hac vel illa causa praestandam, hoc vel illud onus portandum &c. Teneatur ad hoc onus etiam Ecclesia, Ecclesiasticaque persona, si quando ad eam res transit. Rursus, si quis Monasterio, Ecclesiae, aliove loco pio legat, donat &c. praedium, domum, aut aliam rem hac conditione aut pacto, ut de eodem praedio v. g. detur huic vel illi, ad hanc vel illam causam &c. certa pensio: vel etiam ut de eodem solvatur Principi consuetum ordinarium Tributum prius de eodem solvi solitum, omnino ad tale tenebitur Ecclesia, alioque locus pius, vel rem accipere non poterit.

§. XI.

De Violatoribus Immunitatis: & de Poenis violentantium Immunitatem Realem, aut Personalem: ac de solutione ab eisdem: ubi etiam de statutis, & legibus contra Immunitatem Ecclesiasticam.

S U M M A R I U M

- 276 Violatores Immunitatis nulliter agunt.
- 277 Tenentur ad restitutionem.
- 278 Et ipso facto sunt excommunicati.
- 279 Violatores Immunitatis quinam sint, & dicantur usque ad num. 291.
- 280 A sponte dantibus Clericis recipientes, an, & quando sint excommunicati?
- 281 Consilium, favorem, vel auxilium ad id praebentes sunt etiam excommunicati.
- 282 Specificantur aliqui horum.
- 283 Enarrantur alii violatores Immunitatis: usque ad num. 289.
- 289 A violatione Immunitatis, & poenis ejusdem nullus titulus, vel praetextus excusat.
- 290 Neque praetextus, quod Constitutio aliqua non sit recepta, aut promulgata. Bulla Coenae quoad materiam Immunitatis certè obligat ubique. Ibid.
- 291 Violatores Immunitatis Ecclesiasticae à solo Romano Pontifice absolvi possunt extra mortis articulum: in illo autem possunt alii, sed non nisi certo modo.
- 292 Absolutio violatorum Immunitatis est excommunicatio.
- 293 Absolutio etiam à Papa data, non valet, nisi prius satisfaciatur: & quomodo?
- 294 Facientes statuta, decreta, aut constitutiones contra Immunitatem sunt excommunicati, & absolvi non possunt, donec ea publicè revocent.
- 295 Poena Divina gravissima contra facientes Constitutiones, & statuta Immunitati adversa.

¶ Quartus I. Quas poenas incurrunt violatores Immunitatis Reales, & Personales? Et quinam sint, ac dicantur Immunitatis violatores, poenam incurrunt? Resp. I. Praeter gravissimum peccatum Sacrilégii, Prima poena est, quod omnia eorum acta contra Immunitatem sint nulla & irrita. Casiro Palao p. 2. r. 11. Disp. un. punc. 9. num. 2. Covarruvias Pract. 99. cap. 33. num. 2. & Communis

Vuu 2 alio

aliorum. Patet; quia facta sunt ab eis, qui ad præfens jurisdictionem non habent.

277 Resp. II. *Secunda* eorum poena est, quod teneant restituere omnia, quæ ab Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, aut bonis earum exegerunt. Omnes. Patet; quia injustè acquirunt; quicquid autem injustè acquirunt, restitui debet, per vulgaritatem; ergo: hinc donec restituant, & satisfaciant absolvi non possunt, juxta dicenda infra *num. 297.*

278 Resp. III. *Tertia* poena est, quod incurrant ipso Jure, & factò gravissimam poenam Excommunicationis. Omnes, ob clara Jura, ut c. *Non minus* 1. h. t. ibi: *Sub anathematis distractione talia prohibemus* cui concordat c. *Adversus* 7. eod. & c. *Quamquam* de Censù, in 6. ibi: *Excommunicationis sententiam ipso facto incurrat*. Concordat Clem. in h. t. & Extravag. *Quod olim* eod. ac omnium maxime Bulla Coenæ, & Bulla Urbani VIII.

279 Resp. IV. Violatores Immunitatis sunt, & dicuntur omnes, & singuli cujuscumque dignitatis etiam Imperialis, Regalis, Ducalis &c. exsulant, qui per se, vel per alios directè vel indirectè Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, aut bonis eorum Tallias, vel Collectas, seu exactiones quascumque imponunt, vel ab eis exigunt. c. *Non minus* 4. *Adversus* 7. h. t. c. 1. h. t. in 6. juncta Bulla Coenæ §. 18. & Bulla Urbani VIII. *Romanus Pontifex* §. 6. etiam si prætextu honorum dominorum v. g. prædiorum, vel quarumcumque possessionum, quæ legitime acquisita jam habent, aut in futurum acquirunt, cit. c. 1. eod. in 6. Idem qui *Pedagia, Quidagia, Tallias, aut Vectigalia* eisdem imponunt, vel ab eis exigunt, etiam pro *rebus propriis Clericorum*, c. *Quamquam* 4. de Censù, in 6. Et universaliter qui quascumque Exactiones, aut Onus quodcumque tandem, & quomodocumque nominent (exceptis Onibus verè realibus, quæ rei propter rem sine respectu personæ possidentis inhaerent, juxta dicta m. 275.) Ecclesiis, Ecclesiasticis personis, aut bonis earum imponunt, seu exigunt ab eis, per Jura citata præsertim verò per Bullam Urbani VIII. & Bullam Coenæ Domini lo. cit.

280 Resp. V. Non tantum illi, qui per se vel per alios directè vel indirectè prælatorum aliquid exigunt, vel imponunt, atque imposita vis, minis, imperiis, terrore, aliove modo, ut præsententur, extorqueant, sed etiam qui ea, quæ exegerunt, aut imposerunt, à spontè dantibus, seu concedentibus recipiunt, non quidem virtute c. *Clerici* h. t. in 6. ubi hoc expressè continetur (cum revocatum sit in Clem. *Quoniam* h. t. & Extravag. *Quod olim* eod. ibi: *Quoad penam istam, ea causa de Consilio Fratrum nostrorum restringimus ad exigentes tantummodo, & ad exigendum dantes auxilium, consilium, vel favorem; non autem quoad easdem penas in solentibus, aut recipientibus à spontè dantibus demerens vendicet sibi locum.*) Sed vi novissimæ Bullæ Urbani VIII. allegatæ n. 274. §. 6. ibi: *Etiam à spontè dantibus, vel contribuentibus, per Bullam Coenæ Domini §. 18. ibi: Aus sic imposita, etiam à spontè dantibus, & concedentibus recipiunt.* Notat tamen rectè Pirhing. h. t. num. 94. per recipientes à spontè dantibus hic intelligi illos, qui prius Exactionem, aut aliud Onus imposerunt, & dein id, quod imposerunt, à spontè (hoc est absque ulteriori vi, coactione, aut extorzione præter exactionem, aut impositionem) dantibus, aut concedentibus recipiunt: quod definitur ex verbis Bullæ: ibi: *Aus sic*. NB. *imposita à spontè dantibus recipiunt.* Ut proin illi Domini Laici, poenæ huic non subjaceant, qui recipiunt, quod eis Clerici absque ulla prævia Exactione, aut impositione spontè ac liberè tri-

buant. Atque in hoc sensu à spontè dantibus excommunicatos non esse recipientes intelligenda est Extravag. *Quod olim* h. t. non item quod ab Excommunicatione liberis vellet illos, qui in priori sensu, videlicet prævia Exactione aut impositione à spontè dantibus aut concedentibus recipiunt. Quod si contendas, etiam in hoc sensu recipientes, excommunicationi non subjacere, vi dictæ Extravag. *Quod olim* h. t. dico, eam esse revocatum per Bullam Coenæ Domini, upote Legem posteriorem; cum Lex nova seu posterior priori sibi contrariam revocare censetur, quamvis de ipsa mentionem non faciat, textu expresso c. 1. de Constit. in 6. & amplius dicitur Lab. 1. Tit. 2. de Constit. §. 19. num. 491.

Resp. VI. Non tantum illi, qui per se, vel per alios directè vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, sed etiam qui in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status sint, etiam Imperiali, Regali, Ducali &c. aut Pontificali dignitate præfulgent, violatores Immunitatis Ecclesiasticæ sunt, & ipso facto Excommunicationi subjacent. Ita in terminis Bullæ Coenæ §. 18. cui concordat Extravag. *Quod olim* h. t. ibi: *Et dantes auxilium, consilium & favorem.*

Infertur, non tantum supremos Principes Laicos per se vel per alios, Exactiones & Onera, ut præfatur, exigentes, sed etiam eorum Ministros, & Consiliarios: id consules, suadentes, aut iniqua adulatione approbantes, sique faventes; item inferiores Officiales, uti Præfectos, aut locorum particularium Judices, per se vel per alios exequentes: item ipsos infimos servos, aut famulos, etiam licetores aut satellites, vel etiam milites directè vel indirectè exequentes, aut ad executionem juvantes Excommunicationi ipso facto subjacere, eo quod hi omnes directè vel indirectè exequantur, vel saltem consilium, aut favorem, vel auxilium aliquod præbent, quorum quodvis Immunitatem violat & Excommunicationi subjacet, textu expresso citatæ Bullæ Coenæ.

Resp. VII. Intemper violatores Immunitatis præsertim Personales exsulant, & Excommunicationi subjacent omnes & singuli, qui per se vel per alios auctoritate propria, aut de factò quarumcumque exceptionum, vel aliorum gratiarum, & literarum Apostolicarum, prætextu beneficiarum, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis avocant, illorumve cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Judices interponunt: Quive partes actives, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eis, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & penis in illis contentis absolvi, per statutum, vel alias compellunt, & executionem literarum Apostolicarum, seu exequutoriarum, processuum, ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad favorem, consilium, & assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætextuum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes hujusmodi eorum Nobis, Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariorum, Consiliorum, Parlamentorum, Consellariorum, Vicecancellariorum, Consiliariorum, ordinarii, vel extraordinarii quorumcumque Principum secularium, etiam si Imperiali, Regali,

281 " §. 15. Quive ex eorum præfens officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcumque coram se ad summum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum, præter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quovis quaesito colore: Nec non qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmatice, seu quævis alia Decreta in genere, vel in specie, ex quavis causa, & quovis quaesito colore, ac etiam prætextu cujusvis conditionis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, & ordinaverint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis usu fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur, vel destruitur, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum juribus quomodolibet directè, vel indirectè, vel expressè præjudicatur.

282 " §. 16. Necnon qui Archi-Episcopus, Episcopus, aliove Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Judices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè carcerando, vel molestando eorum agentes, promotores, familiares, nec non consanguineos, & affines, aut alias impediunt, quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones, & sacre Constitutiones Ecclesiasticæ, & Decreta Conciliorum Generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam ab eis delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, aut alias Fori Ecclesiastici judicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam poenaria Ordinarii, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant: eos quocumque, qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

283 " §. 17. Quive jurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrantur omnes, & quoscumque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Executores, & Sub-executores quomodolibet se interpretantes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendò, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specificâ, & expressâ hujusmodi licentia ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illi perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consilarii, Seniores, Præsidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

284 " Ita hoc usque in terminis Bullæ Coenæ: quam sicut & alias Constitutiones Pontificias, & SS. Canones pro Immunitate huc usque allegatas plurimè hodie, utinam magis considerarent, & observarent, ne in continuo peccato mortali, & actuali excommunicatione existentis, & tanquam rejecta à Corpore Ecclesiæ putrida membra fordescentes catervatim

Ducali, vel aliâ quacumque præfulgent dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarii fuerint. Ut expressè statuitur in Bulla Coenæ Domini §. 14. item

285 " §. 18. Necnon qui Archi-Episcopus, Episcopus, aliove Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Judices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè carcerando, vel molestando eorum agentes, promotores, familiares, nec non consanguineos, & affines, aut alias impediunt, quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones, & sacre Constitutiones Ecclesiasticæ, & Decreta Conciliorum Generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam ab eis delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, aut alias Fori Ecclesiastici judicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam poenaria Ordinarii, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant: eos quocumque, qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

286 " §. 19. Item excommunicatos, & anathematizatos omnes, & quoscumque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Executores, & Sub-executores quomodolibet se interpretantes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendò, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specificâ, & expressâ hujusmodi licentia ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illi perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consilarii, Seniores, Præsidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

287 " Ita hoc usque in terminis Bullæ Coenæ: quam sicut & alias Constitutiones Pontificias, & SS. Canones pro Immunitate huc usque allegatas plurimè hodie, utinam magis considerarent, & observarent, ne in continuo peccato mortali, & actuali excommunicatione existentis, & tanquam rejecta à Corpore Ecclesiæ putrida membra fordescentes catervatim

miserè pereant, præsertim cum penitus nullus titulus excusans superfit juxta dicta num. 272. & seq. & dicenda in Conclusionè sequenti.

Resp. VIII. A præfatis poenis, præsertim ab Excommunicatione incurrenda nullum privilegium, nulla præscriptio, nulla consuetudo etiam immemorialis, nullaque alius titulus excusat. Patet ex dictis supra num. 272. & etiam ex Bulla Coenæ Domini §. 24. & seq. dicitur namque in Bulla Coenæ citato.

" §. 24. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indulgis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus supra dictis, vel eorum alicui, seu alicuius alii, cujuscumque Ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentie fuerint, etiam si ut præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, & eorum Regnis. Provincis, Civitatibus, seu locis à prædicta Sede ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibusvis clausulis etiam derogatoriis, rursus derogatoriis, concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint, per litteras Apostolicas non factas, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, Indulgentiis & indulgis hujusmodi, ac de ordinibus, locis, & nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcumque longis, & aliis quibusdam observantibus scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias, quo minus includantur in eis, se jurare valeant, & tueri.

" §. 25. Quæ omnia, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, inferrentur, presentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, cæteraque contraria quæcumque.

Dices Bullam Coenæ Domini non ubique esse receptam; consequenter saltem eam ubique non ligare; cum Lex non recepta, vel non promulgata non obliget saltem in locis, ubi promulgata non est: juxta plures DD. cit. Lib. 1. Tit. 2. §. 5. n. 125. Resp. I. ut supra num. 86.

Resp. II. Dato non concessio, quod Leges aliæ non obligent in locis, vel provinciis, in quibus non sunt promulgatæ: Certum tamen est, quod à peccaminosa transgressione, ac poenis SS. Canonum, & Constitutionum Pontificiarum pro Immunitate Ecclesiastica editarum (inter quas vel maxime est Bulla Coenæ) titulus sub prætextu Legis non promulgatæ, aut non receptæ penitus nullum excuset, prout expressè statuit Urbanus VIII. in supra num. 274. allegata Bulla, *Romanus Pontifex*, §. 4. ibi: *Etiam sub prætextu, quod Bullæ, seu Constitutiones Apostolicæ non fuerint publicatæ vel usu receptæ, aut contrario usu abrogatæ; ut proin Bulla Coenæ etiam in Provinciis, ubi promulgata non est, quoad ea, quæ pro Immunitate Ecclesiastica Reali, ac Personali disponit, certissime obliget & vim suam habeat.*

Infertur, quod Laici Immunitatem violentibus nihil pro eorum defensione superfit, nisi passim vigentes pessimæ corruptelæ, nec non ritus, contempus, & explosio Legum, & Constitutionum Pontificiarum pro Immunitate facientium, per quod tamen minime excusantur, sed ad contemptum, & risum; hinc in interitu eorum ridebit Dominus.

Quæritur H. Quisnam à dictis penis absolvi vere possit? Resp. I. Extra articulum mortis nullus præter Romanum Pontificem absolvi potest: Imò

Inò etiam in articulo mortis nullus absolvere potest, nisi Violatores prius cautionem præsentent, quòd satisfacti, seu restitutionem facere, & mandatis Ecclesie parere volent, & snilla ulterius non facere serió pronouerint. Ita clarè statuitur in citata Bulla Cœnæ §. 21. ibi :

§. 21. Ceterùm à prædictis sententiis nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiã in tunc nisi de stando Ecclesie mandatis, & satisfaciendo cautione præsentibus, absolvi possit, etiam præteritum quorūvis facultatum, & indulgentiarum quibuscunque personis Ecclesiasticis secularibus, & quorūvis Ordinum Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopalis, vel alia majori dignitate præditis, ipsiusque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Dominicis, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & aliã mundanã excellentiã subgeantibus, per Nos, & dictam Sedem ac eiusdem Concilii decreta, verò, literis, aut aliã quacunque scripturã in genere, vel in specie concessorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovatorum.

Notandum tamen, eum, qui cautionem facere non potest, absolvi posse, dummodò firmiter proponat, ac promittat, quòd Ecclesie mandatis stare, ac pro viribus satisfacere & restituere velit.

292 Resp. II. Omnis Absolutio per alium, quàm Romanum Pontificem, extra mortis articulum, vel etiam in illo, sed non iuxta tenorem præfatum facta, non tantum est nulla, sed etiam graviter peccaninosa, ac insuper Abolventem Excommunicationi subijcit. Ita expr. sèd Bulla Cœnæ.

§. 22. Quid si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicuius absolutiois beneficium impendere præsumserint, eas excommunicationis sententiã innotamus, gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus, processuri.

293 Rel. III. Nulla absolutio etiam per Romanum Pontificem facta, violatoribus Immunitatis suffragatur, Nisi prius à præmissis, cum vero proposito ultimus similia non committendi desisterint, ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut præfertur, statuta fuerint, nisi prius statuta, ordinationes, Constitutiones pragmaticas, & decreta hujusmodi publicè revocaverint, & ex Archivis, seu Capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac Nos de revocatione hujusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolutioem, aut quoscunque alios aclus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum quancunque tempore continuatam in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscunque juribus Sedis Apostolicæ, ac S. S. E. undecunque, & quoadcunque acquisitis, vel querendis nullatenus præjudicare posse, ac debere. Ita Bulla Cœnæ §. 23.

294 Queritur III. Quid Juris de Principum, & Dominorum secularium Statutis, Ordinationibus, Constitutionibus pragmaticis. Decretis contra Immunitatem Ecclesiasticam factis? Resp. I. Omnia hujusmodi statuta, constitutiones, seu decreta esse nulla & irrita, facientes verò eadem, violatores Immunitatis existerent Excommunicationi ipso facto subijcere, juxta §. 15. Bullæ Cœnæ, quem habes num. 283. à qua absolvi non possunt, imò et si absolvantur, absolutio non valet, Nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones pragmaticas & de-

creta hujusmodi publicè revocaverint, & ex Archivis, seu Capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac Papam de revocatione hujusmodi certiores fecerint: uti expressè statuitur in Bulla Cœnæ cit. §. 23. num. 293. allegato.

Resp. II. Præter gravissimam Excommunicationis poenam, etiam Deus gravissimas & universales infligit poenas, ob Leges & Statuta in aliqua Provincia contra Immunitatem Ecclesiasticam factas, prout notant Doctores communiter, & misera docet experientia. Placet hic efferre, quod habet Diana p. 5. tr. 1. Resolut. 24. §. Et tandem docet & valde notandum est à Judicibus laicis Vellem, inquit, unum ab ipsis considerari, videlicet calamitatis, bella, famis, pestilentias, & alia id generis in Regnis evenire ex statutis contra libertatem Ecclesiasticam. Nihil hujusce veritatis sit Basilis Imperator Nicephori Phocæ successor, qui contra ejusdem Nicephori statutum in hæc verba sancivit. Divinitus constituta, Majestas nostra, cum est à Monachis, quorum testata pietas atque virtus est, & ab aliis multis cognoverit legem à Domino Nicephoro, qui ad Imperium pervenit, de Ecclesiis Dei, Religiosisque locis, tum presentium malorum, tum universalis hujus exorsionis, atque confusionis causam & radicem exiisse. Nam ex quo lex illa robur habuit, n. h. boni penitus in hodie: num usque diem vite nostra cont. g. t. sed potius contrario nullum omnino genus calamitatis inermis, statuit per auream hanc Bullam, cui subscripsit, indicatam ab hoc presenti die cessare debere, ac desinere irritam, nullius momenti manere, conditis ante illam legibus, tam de Ecclesiis, quàm de Religiosis domibus, vim roburque suum obtinentibus. Hactenus Basilis Imperator, ut patet apud Bethanionem in Nomocanone Phocæ, & Leunclavium Tom. 1. lib. 2. Jur. O. ient.

Nec desinam hic apponere id quod notat Illustrissimus, & Doctissimus Archi-Episcopus Bracharensis Acanthia in Decret. Gratiani, cap. si gens Anglorum. 10. dist. 56. Barbofa in e. c. 2. h. t. num. 2. Breviar. Chronol. anno Domini 704. Cboker in Vindicis libert. Eccles. p. 1. cap. 33. num. 23. & ante illos Cardinalis Baronius anno Christi 701. nempe, olim Deum florentissimum Regnum Hispaniæ Mahometanis & Mauris tradidisse, non quia in fide (semper enim Hispani fideles) sed quia in jurisdictione à S. Sede Apostolica defecerant. Unde intelligant Principes (subdit Baronius) quàm male sibi, suisque Regnis consulant, qui Ecclesiæ jura tollere, vel immuere conantur, quod ipsum repetit rursus aliis in locis anno 1100. num. 34. item 1104. num. 14. & 1158. num. 47. ubi ostendit Principes opprimendo Ecclesiasticam jurisdictionem, Regnorum suorum interitum & amissionem accreticere.

Igitur Principum Consilarii, si desiderant Regnã stabilire, & ab eis calamitates arcere, consulant Regibus, ut imitentur Basilium, nihilque contra libertatem Ecclesiasticam constituent, sed si quæ constituta sunt, abrogent omninò, & in conflictu opinionum illam sequantur, quæ magis favet Ecclesiæ.

Quid Juris autem de Statutis, & Legibus Laicorum quoad Clericos, vide Lib. 1. Tit. 2. §. 13. & 14.

TITULUS L.

Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.

- 1 Ratio continuationis.
- 2 Negotium seculare quid? & quotuplex? Est Clericis prohibitum.
- 3 Clerici non possunt esse Ministri, aut Officiales Laicorum.
- 4 Limitatur hoc in aliquibus causis.
- 5 Clerici non possunt exercere Officium Tabellionis seu Notarii publici. Et num. 7.
- 6 Nisi in causis Fidei, aut in Curia Romana; aut ubi est consuetudo.
- 7 Jus Civile, aut Medicinam audire, quomodo prohibentur Clerici? Et num. seq.
- 8 Possunt docere Jus Civile, ac Medicinam.
- 9 Clerici non possunt negotiari lucri causa.
- 10 Nec exercere, vel agere causas, aut Judicium sanguinis; quinam aclus per hoc censetur prohibiti?
- 11 Consilium dare in causa sanguinis, an, & quomodo prohibentur Clerici?
- 12 Prælati Ecclesiastici habentes jurisdictionem temporalem possunt, & debent causas sanguinis Laico delegare: idque generaliter, non specialiter.
- 13 Clerici non possunt preponi Raptuariis, aut aliis viris sanguinum: nec esse belli Duces, bene tamen possunt interesse bello, & milites in eo honorari ad pugnandum.
- 14 Clerici non possunt exercere artem Medicinæ, aut Chirurgiæ.
- 15 Enarratur pane exercentium aliquid ex recensitis negotiis secularibus. Usque ad finem.

Postquam in præcedentibus dictum est, quid Clericis vel Monachis, eorumque statui competat; rectè subjungitur, quæ eisdem sint prohibita, statum que eorum dedecent, secularia nempe Negotia, utpote quæ mentem à Divinis abstrahunt, contemplationem impediunt, spiritum devotionis extinguunt, curisque & sollicitudinibus variis inricant &c. ut proin e. 1. h. t. ad finem, ex Apostolo 2. Ad Timoth. 2. bene dicitur: Nemo militans Deo, implicatus se negotiis secularibus, & l. Placet. 17. c. de Episc. & Cleric. Nihil commune Clericis cum publicis actionibus, vel ad Curiam pertinentibus, ejus corpori non sunt annexi, habeant. Ceterum Titulus hic ultimus Libri III. multum convenit cum Titulo I. ejusdem, utpote ubi etiam plura Clericis prohibita, eorumque vitam & statum decencia habentur: hinc illis suppositis, ea tantum hic recensebimus, quæ ibi desiderantur.

Queritur I. Quid, & quotuplex sit Negotium seculare Clericis prohibitum? Ante responsum notandum cum Abbate ad Rubr. h. t. quid, quid ex carnali, mundanã, ac inordinatã concupiscentiã, aut corruptelã non subjectã freno rationis agitur, dum nempe inordinatè carnaliter & seculariter, id est, secundum seculum, mundum, & carnem, & non secundum Deum, & rationem vivitur, contra monitum Apostoli ad Rom. 12. Nolite conformari huic seculo. Secundo seu strictè sumptum Negotium seculare est, & dicitur quævis actio, aut officium, quod pertinet ad Re-publicam secularem, competitque hominibus, seu Laicis, non item Clericis: de quibus Negotiis loquitur D. Paulus supra, & cit. l. Placet. Resp. Quamvis

Negotia secularia in hoc utroque sensu sumpta, prohibentur Clericis h. t. tamen specialiter, ac præcipue secundo modo seu strictè sumpta. Ita communis. Patet ex toto h. t. licet enim c. 1. h. t. multa etiam Negotia secularia largè accepta Clericis prohibita enarrentur, tamen quia etiam Laici sunt prohibita, utpote ex se illicita, idè in subsequentibus Capitulis potissimum prohibita Negotia secularia strictè talia enarrantur, quæ Laici licita, Clericis tamen illicita sunt, utpote qui se secularibus etiam licitis Negotiis implicare non debent; quia Duo sunt genera Christianorum. Est autem unum genus, quod mancipatum Divino officio, & deditum contemplationi, ac orationi ab omni sive tempore cessare convenit, ut sunt Clerici, & Deo devoti, id est, conversi. can. Duo sunt. 7. cau. 12. q. 1. Concordant Canones ferme omnes, dist. 88.

Porro quamvis multa sint secularia Negotia, uti dicitur, c. 1. h. t. imò plura sunt negotia quàm vocabula, prout ait Ulpianus L. Natura enim. 4. ff. de Præscript. Verb. ut proin omnia specificare in possibile videatur: Nihilominus aliqua hujusmodi secularia Negotia Clericis specialiter prohibita afferemus.

Queritur itaque II. Quænam Negotia secularia in specie Clericis, & Monachis sint prohibita? Resp. Ea esse plura. Patet inductione. Nam l. c. 2. h. t. Clericis universaliter est prohibitum, ne Ministri Laicorum fiant, nec in rebus eorum Procuratores existant: quod intellige, five in domo ipsius Laici, five extra illam eidem serviant, aut negotium peragant. Barbofa in e. c. 2. h. t. num. 2. etiam si Laicus sit Princeps, aut alius magnus Dominus, c. Sed nec. 4. h. t. ibi: Sed nec procuraciones villarum, aut jurisdictiones etiam seculares sub aliquibus Principibus, & secularibus viris, ut Justitiariorum eorum fiat, Clericorum quicquam exercere presumat. Unde nec Principum Vicerregentes, Vicedomini, Cancellarii, locorum Præfati aut Præpositi, Administratores &c. vel aliã ratione Officiales esse queunt, per Jura citata, & Clericis. 5. h. t. ibi: Inhibemus, ne quis Sacerdotum officium habeat Vicecomitis, aut Præpositi secularis. Concordat c. Clerici. 15. de Vita & honest. Cleric. ibi: Clerici officia secularia non exercent, & can. fin. dist. 86.

Limitatur tamen num. præced. doctrina in casu, quo Laicus habet cautam, aut negotium Ecclesiasticum coram Judice Ecclesiastico; coram hoc enim Laici causam agere, & negotiari; aut procurator ejusdem esse Clericus potest. Abbas in c. 2. h. t. num. 2. & 3. Pirhing eod. 17. Ratio est; quia hoc nullibi invenitur prohibitum, cum tantum secularia, non item Ecclesiastica Negotia prohibentur in citatis Juribus. Item possunt Clerici, ac Religiosi etiam coram Judice laico ex charitate assumere negotium, & agere causas seculares pauperum, ac miserabilium personarum, præsertim orphanorum, & viduarum, arg. c. fin. dist. 86. Imò, si non ex cupiditate, sed ex charitate, & amicitia facit, potest Clericus etiam unã, vel alterã vice, non item ordinariè assumere Negotium seculare Laici non pauperis, ejusve esse Procurator. Abbas lo. cit. cum aliis, eò quòd Jura, dum prohibent Clericis Negotia secularia, intelligenda sunt generaliter. Possunt insuper præfata Laicorum assumere & tractare negotia, quando redundat in commodum Ecclesiarum, aut Monasterii, Abbas lo. cit. Engel. h. t. n. 4.

II. Specialiter prohibetur Clericis officium Tabellionis, seu Notarii publici agere, c. Sicut te. 8. h. t. ibi: Fraternaliter tue mandamus, quatenus Clericis in sacris Ordinibus constitutis Tabellionatũ officium interdicos: concordat c. ut Officium. 11. §. Verum